

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY


SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650.
CHRISTO
ECCLESIAE

Friedrich-Wilhelms-Gymnasium

zu

Greiffenberg in Pommern.

XXV.

Ostern 1877.

INHALT: 1. Inter priuatarum causarum orationes Demosthenicas quae pro genuinis habendae sint quaeque pro falsis breuiter exponitur. Pars I. Scr. R. Duncker.
2. Schulnachrichten, von dem Director.

Gedruckt bei C. Lemcke in Greiffenberg i. Pomm.

1877. Progr. Nr. 101.

Inter priuatarum causarum orationes Demosthenicas quae pro genuinis habendae sint quaeque pro falsis breuiter exponitur.

Pars I.

Inter priuatarum causarum orationes Demosthenicas quae pro genuinis habendae sint quaeque pro falsis exponere multo difficilius est quam de contionum uel publicarum orationum fide habere quaestionem. Nam in his, praeterquam quod arto earum cum rebus Atheniensium contextu iudicium non mediocriter iuuatur, adminiculum haud infirmum criticis offertur quaerendo utrum quae in unaquaque oratione insunt congruant cum rationibus ciuilibus a Demosthene constanter adhibitis necne. Quod quoniam iis, de priuatis orationibus qui iudicant, deest, genus dicendi sola fere iudicandi regula relinquitur. Quid igitur mirum, si Callimachus, quippe qui in colligendis contionibus et publicis orationibus sine acri iudicio uersatus sit[1]), in priuatis orationibus etiam multo magis errauit?

Atque inter tres et triginta orationes, quas ut priuatas Callimachus nobis tradidit — nam quod orationes aduersus Nicostratum, de trierarchia, contra Theocrinem, in Neaeram re uera publicae sunt grammaticum illum maximis occupationibus distentum praeteriit — inter tres et triginta orationes inquam sex consensu omnium, quantum scio, Demosthenis esse censentur: duae orationes in Aphobum (ά et β′), duae aduersus Onetorem, exceptio pro Phormione, oratio aduersus Cononem. Ceterae orationes — aliae iure, aliae, ut opinor, iniuria — criticorum iudiciis subtilissimorum improbatae sunt. Ac primus quidem A. Schaeferus in libro quem de Demosthene eiusque aetate composuit accuratius de iis disquisiuit. Qui praeter sex illas, quas modo dixi, has Demostheni attribuit: orationes contra Spudiam, contra Calliclem, aduersus Boeotum de nomine, aduersus Pantaenetum, aduersus Nausi-

[1]) Inter sedecim contiones sub nomine Demosthenis nobis traditas oratio de Halonneso ab Hegesippo, oratio de foedere Alexandri ab oratore nescio quo composita est, Philippica quarta quam uocant, oratio de re publica ordinanda, oratio ad Philippi epistulam in rhetorum quorundam uel sophistarum umbraculis conscriptae sunt. H. Weilius quidem, ut Winiewskii et Boehneckii iudicia omnibus nota praetermittam, nuper in editione contionum Demosthenicarum (Les harangues de Démosthène par Henri Weil, Paris 1873) p. 355—365 et p. 419—421 Philippicam quartam et exordium orationis ad Philippi epistulam Demostheni reddere conatus est. Sed argutius quam uerius mihi uidetur disseruisse. — Inter nouem publicas orationes duas aduersus Aristogitonem scriptas falsas esse nemo est qui neget. Quas, ut A. Westermannus (Quaestiones Demosthenicae, partic. III. p. 94—108) et A. Schaeferus (Demosthenes und seine Zeit, B. III. Beilage IV. p. 113—129) probabiliter exposuerunt, duo rhetores sua sponte sub Demosthenis nomine finxerunt. Quod R. Braunii dissertationis quae inscripta est ‚De duabus aduersus Aristogitonem orationibus quas Demosthenes scripsisse fertur, Gryphiswaldiae, 1873‘. exemplar mihi non fuit uehementer doleo.

machum et Xenopithem. Quas omnes nuper J. Siggius in libello qui inscriptus est ‚Der verfasser neun angeblich von Demosthenes für Apollodor geschriebener reden, Leipzig 1873‘ a Demosthene abiudicauit. In eo enim p. 401 hanc sententiam dicit: dagegen kann ich die reden gegen Pantaenetus, Nausimachus, Boeotus I., Spudias und Kallikles durchaus nicht als Demosthenisch anerkennen; die begründung dieser zweifel behalte ich mir für eine spätere gelegenheit vor.

Sex igitur priuatas orationes omnes nostrae aetatis critici Demosthenis esse iudicant. Fuerunt quidem, qui fidem quattuor orationum de tutela scriptarum[2]) in dubium uocarent; alii enim ab Isaeo eas scriptas existimarunt[3]), alii scriptas quidem a Demosthene, sed ab Isaeo correctas esse censuerunt[4]). Negari enim non potest multa in iis inesse quae prope accedant ad Isaei usum loquendi, non pauca ab orationibus eius, maxime octaua, petita esse. Nam ut alia omittam, extremum exordium orationis de Cironis hereditate inuenitur eodem loco primae orationis in Aphobum: Isaeus VIII. § 5 *Ἔστι μὲν οὖν χαλεπὸν . . . . βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια.* in Aphobum I. § 2. 3 *Οἶδα μὲν οὖν . . . . βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια.* Conferantur praeter ea inter sese hice loci: Is. VIII. § 45 *ὑμῶν δ᾽ ἐγὼ δέομαι . . . ταύτῃ τὴν ψῆφον τίδεσθε.* in Aph. II. § 20 *ἱκετεύω . . . . ἀνάξιον αὐτῆς τι παθεῖν* § 23 *Ταῦτ᾽ οὖν· σκοποῦντες . . . . ἐκ τῶν εἰκότων.* — Is. VIII. § 12. 13 *Ὑμεῖς μὲν τοίνυν . . . . φεύγων οὕτως ἀκριβεῖς ἐλέγχους.* adu. Onet. I. § 37. 38 *Ὑμεῖς τούνυν . . . . ἀξιώσει πιστεύεσθαι παρ᾽ ὑμῖν.* Sed ex his rebus coici non debet illas orationes scriptas esse ab Isaeo. Nam licet artis rhetoricae uitiis quibusdam laborent, tamen ingenium principis oratorum prae se ferunt neque apud Isaeum reperias quae cum ea ui et auctoritate, qua acceptae inuriae conscientia in orationibus in Aphobum expromitur, possint comparari. Quod uere dictum esse non tam argumentis potest confirmari quam et Isaei et Demosthenis orationes uoluendo intellegi. Liceat tamen ad hos locos egregios legentium animos conuertere: in Aphob. I. § 64 — § 69. in Aphob. II. § 18 — § 24. Quod Demosthenes uestigia Isaei, cum clarissimi eloquentiae magistri tum oratoris in re hereditaria multum ac saepe uersati, anxietate quadam persecutus est non mirum uidetur, praesertim cum iure ac merito coicere possimus illum totas orationes magistri ad uerbum edidicisse[5]). Neque habet admirationem quod arte rhetorica hae orationes aliis a Demosthene scriptis cedunt. Nam iuuenis usu forensi atque exercitatione tiro qui potuit ea florere eloquentia, quae ne in pleno quidem ac perfecto oratore satis commode possit laudari? Nonne etiam apud alios scriptores uidere licet inter ea scripta quae prima ediderunt et ea quae spatio temporis interposito illa secuta sunt discrimen interesse? Sed quid de hac re plura dicam? Scilicet Demosthenes, cum complures annos Isaei disciplina institutus esset, tantam in dicendo potestatem nactus erat, ut alienae opis non indigeret. Luculentissime uero Demosthenem ipsum has orationes scripsisse ex eo apparet quod loquendi consuetudinis Demosthenicae expressa uestigia in iis reperiuntur. Quod infra satis superque patefiet.

---

[2]) Dem. or. 27 et 28: *Κατὰ Ἀφόβου ά* et *β΄* p. 813 seqq. et p. 836 seqq. — or. 30 et 31: *πρὸς Ὀνήτορα ά* et *β΄* p. 864 seqq. et p. 876. seqq.

[3]) Plut. uit. dec. orat. p. 839. E. — Zosim. uit. Dem. p. 147.

[4]) Liban. uit. Dem. p. 3, 9. — Argum orat. adu. Onet. p. 875.

[5]) cf. L. Spengelii *συναγωγὴ τεχνῶν* p. 106.

Exceptionem pro Phormione[6]) argentario a Demosthene compositam esse Aeschines auctor est[7]) neque potest dubitari quin clarissima illa quae nobis tradita est oratio eadem sit, quam Aeschines attingit. Nam in ea id ipsum, quo Demosthenes Lysiae excellit et Isaeo magistro, reperimus, calorem dico et impetum in animos penetrantem aptumque cum ad fidem faciendam tum ad commouendam misericordiam. Ac suo iure J. Herrmannus in libello qui inscriptus est ‚Einleitende Bemerkungen zu Demosthenes paragraphischen Reden, Erfurt 1853‘. hoc iudicium de ea facit: ‚Die Rede gehört zu den ausgezeichnetsten Privatreden, welche uns erhalten worden sind, und bekundet Demosthenes Geist nicht nur in ihrer klaren hinreissenden Sprache, sondern auch in der ethischen Kraft, welche das Leben eines achtbaren Mannes gegen die Angriffe eines unruhigen Menschen in Schutz nimmt, und in der Überlegenheit, mit welcher der Redner durch weise Auswahl, Anordnung und Ausführung des Stoffes und der Beweise die verwickelte Sache klar und deutlich hinstellt, mögliche Gegengründe widerlegt, und die Richter zu der Überzeugung von dem Rechte seiner Partei fortreisst.'

Oratio aduersus Cononem[8]) inter omnes priuatarum causarum orationes Demosthenicas laudem fere maximam consecuta est. Nam cum priuatae Demosthenis orationes rarissime a ueteribus rhetoribus laudenter, haec, ut Reiskius nos docuit[9]), laudatur creberrime. Idque merito, non quo aliae eius generis orationes non suas habeant laudes, sed nusquam par perspicuitas reperitur expositionis, quae quamuis simplex et inornata, tamen ab exordio usque ad extremam orationem capiat atque delectet. Qua de uirtute orationis quoniam, ut alios praetermittam, inter ueteres criticos Dionysius Halicarnassensis[10]) et Hermogenes[11]), inter recentiores A. Schaeferus[12]) elegantissime disseruerunt, me multa uerba facere non decet. Hoc tamen mihi dicere libet ex nulla priuata oratione, si ab exceptione pro Phormione recesseris, quid elocutionis Demosthenicae proprium sit planius quam ex hac cognosci.

Venio nunc ad eas orationes, quarum fides a criticis — partim iure partim iniuria — in dubium uocata est. Et quoniam breuitati me seruire opus est, de iis quae satis accurate iam tractatae sunt criticorum iudicia, quatenus conducet, proponere, in reliquis accuratius tractandis grauissima quaeque argumenta afferre satis habebo.

De oratione quam Demosthenes aduersus Aphobum de falso testimonio scripsisse fertur[13]).

Oratio aduersus Aphobum de falso testimonio non Demostheni, sed posterioris temporis rhetori cuidam tribuenda est. Neque enim stilo Demosthenico scripta est neque ad ius Atticum uel causam de qua agitur accommodata. Quibus de uitiis A. Wester-

[6]) Dem or 36: παραγραφὴ ὑπὲρ Φορμίωνος p. 944 seqq.

[7]) De leg. male g. § 164: ἔγραψας λόγον Φορμίωνι τῷ τραπεζίτῃ χρήματα λαβών· τοῦτον ἐξήνεγκας Ἀπολλοδώρῳ τῷ περὶ τοῦ σώματος κρίνοντι Φορμίωνα.

[8]) Dem. or. 54: κατὰ Κόνωνος αἰκίας p. 1256 seqq.

[9]) cf. adnot. ad p. 1256.

[10]) περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος c. 12 p. 986 seqq.

[11]) περὶ εὑρέσεων 2, 7 p. 95 cf. περὶ μεθόδου δεινότητος 33 p. 440.

[12]) Dem. III. Beil. VI. p. 251.

[13]) Dem. or. 29: πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν. p. 844 seqq.

mannus[14]) et A. Schaeferus[15]) tam copiose tamque subtiliter disseruerunt, ut quaestione denuo habenda non opus sit.

De exceptione aduersus Zenothemin[16]).

Exceptionem aduersus Zenothemin non Demosthenis esse primus, quod sciam, iudicauit J. Hermannus[17]). Cuius sententiam A. Schaeferus[18]), A. Philippius[19]), A. Hugius[20]) tot argumentis tamque grauibus comprobarunt, ut de hac re dubitatio esse non possit. Sed hi uiri doctissimi ut a Demosthene hanc orationem uno ore abiudicant, ita cuiusnam ea sit quaerentes inter sese dissentiunt. Atque Schaeferus quidem et Philippius eam Demoni, Demosthenis propinquo, tribuunt. Sed Hugii commentationem accuratissimam qui perlegerit, ei persuadebitur hanc orationem illi non posse adiudicari. Nam si Demon eam scripsisset, „eum ineptum hominem atque imperitum rerum forensium fuisse sequeretur". Scilicet expositio causae manca confusa obscura, nulli in ea nerui forenses, nullum narrandi argumentandique artificium. „Quod non cadit in eum quem constat auctoritate aliqua inter Athenienses fuisse, quem notum est in contione populo suasisse ut Demosthenem ex exsilio reuocaret[21])." Accedit quod causa defenditur iniustissima. Nam „meras calumnias esse quae Zenothemidi obiciuntur, comprobatur et multarum rerum quae narrantur incredibilitate et omnium testimoniorum et documentorum absentia". Q ae si tecum reputaris, contra Schaeferum et Philippium in Hugii sententiam transibis qui existimet hanc esse orationem „quam finxerit homo rerum iudicialium et mercatoriarum non satis peritus, qui cum in initio non illepide quaedam aut ex aliis ueris litibus deprompsisset aut inuenisset ipse, quo longius progrederetur eo maioribus impediretur difficultatibus. Ipse autem falsarius ille ignorantiam suam atque rerum iudicialium imperitiam metuens ne proderet obuoluebat incredibili turba syngrapharum litium personarum: hoc enim fuco facto speciem quandam doctrinae et ueritatis se opusculo suo daturum sperabat." (p. 23.)

Quae cum ita sint, inter priuatarum causarum orationes Demosthenicas non una, ut superiorum criticorum opinio erat, sed duae habendae sunt pro falsariorum commentis.

De orationibus Apollodoreis quae dicuntur.

Orationum Demosthenicarum octo Apollodorum, Pasionis argentarii filium, attingunt. Ex quibus septem — orationes contra Callippum, aduersus Nicostratum, aduersus Thimotheum, aduersus Polyclem, duae in Stephanum, in Neaeram[22]) —

[14]) Quaest. Dem. partic. III. p. 11 -17.

[15]) Dem. III. Beil. IV. p. 82—89.

[16]) Dem. or. 32: *παραγραφὴ πρὸς Ζενόθεμιν.* p. 822 seqq.

[17]) Einleit. Bemerk. zu Dem. paragraph. Reden. p. 7.

[18]) Dem. III. Beil. VII. p. 202—206.

[19]) Jahrbücher für Philologie 95. p. 577—593 „das Fragment der demosthenischen Reden gegen Zenothemis".

[20]) de pseudodemosthenica oratione aduersus Zenothemiu commentatio. Turici 1871.

[21]) cf. Plut. Dem. 27.

[22]) Dem. or. 52: *πρὸς Κάλλιππον* p. 1235 seqq. or. 53: *πρὸς Νικόστρατον περὶ τῶν Ἀρεθουσίου ἀνδραπόδων* p. 1246 seqq. — or. 49: *πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέως* p. 1184 seqq. — or. 50:

pro eo, una — exceptio pro Phormione — contra eum scripta est. Accedunt orationes de trierarchia et in Euergum[23]), quarum prior Libanio pro Apollodoro scripta uidebatur[24]), altera a recentioribus criticis propter similitudinem generis loquendi orationibus Apollodoreis quae dicuntur adiuncta est. Inter has decem orationes exceptio pro Phormione, quod a Demosthene eam compositam esse omnibus semper constabat, criticis curae erat haud ita magnae, ceterae, ut de ueteribus criticis non dicam, recentiorum ingenia maxime exercebant[25]). Neque tamen iudicium mediocriter certum de iis dictum erat, pruisquam A. Schaeferus quid de iis censeret in medium tulit. Et is quidem haec fere iudicauit:[26])

1. Orationes contra Callippum, aduersus Nicostratum, aduersus Timotheum etsi apud iudices habitas esse constat, tamen temporum ratio obstat ne a Demosthene eas compositas esse opinemur.
2. Septem orationes pro Apollodoro scriptae et oratio in Euergum ut genuinis Demosthenis orationibus arte rhetorica et genere loquendi cedunt, ita inter sese tam similes sunt, ut eas uni scriptori tribuere debeamus, Apollodoro. Prior quidem oratio in Stephanum arte rhetorica ceteris paulo antecedit, sed hoc ex maiore quam Apollodorus in litigando nanciscebatur exercitatione sequitur.
3. Oratio de trierarchia ut re uera apud iudices habita est, ita neque Demosthenis est neque Apollodori. Quam quis composuerit incertum quidem, sed ueri simile est eam scriptam esse a Cephisodoto.[27])

Sic fere iudicauit A. Schaeferus. Qui cum ea quae ad genus dicendi pertinent breuiter tantum, ut natura libri ferebat, attigisset, F. Lortzingius[28]) septem orationes pro Apollodoro scriptas in accuratiorem uocans quaestionem iudicium a Schaefero latum multis argumentis a genere dicendi petitis confirmauit. Neque tamen rem tam probabiliter exposuit, ut nulla de orationibus Apollodoreis dubitatio relinqueretur. Unde factum est ut ordo philosophorum Turicensis ante aliquot annos quaestionem de orationum Apollodorearum scriptore denuo tractari iuberet. Cui argumento pertractando operam nauans J. Siggius libellum praemio dignum composuit, quo illam quaestionem persolutam esse inter uiros doctos constat[29]). Atque is quidem in extrema commentatione hoc iudicium fert:

Diese betrachtung der behandlungsweise in verbindung gebracht mit den in den frühern abschnitten aus der überlieferung und dem stoff gezogenen schlüssen führt uns zu dem sichern endresultat, dass die 7 reden gegen Kallippus, Nikostratus, Timotheus, Poly-

πρὸς Πολυκλέα περὶ τοῦ τριηραρχήματος p. 1206 seqq. -- or. 45 et 46: *κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν ά* et *β'* p. 1101 seqq. et 1129 seqq. — or. 59: *κατὰ Νεαίρας* p. 1345 seqq.

23) Dem. or. 51: *περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας* p. 1228 seqq. — or. 47: *κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομαρτυριῶν* p. 1139 seqq.

24) argum. or. de trier. p. 1228: *Ἀπολλόδωρος οὖν ὁ Πασίωνος· πρῶτος τὴν ναῦν περιορμίσας ἔλαβε τὸν στέφανον.* In oratione nomen eius qui dicit non reperitur.

25) uide de hac re A. Schaeferi Dem. III. additam. V. p. 185 et p. 198.

26) uide A. Schaeferi Dem. III. additam. V. p. 180 seqq.

27) confer A. Kirchhoffium in actis academiae Berolinensis 1865 p. 66—108 de hac oratione subtiliter et copiose disserentem.

28) De orationibus quas Demosthenes pro Apollodoro scripsisse fertur. Dissertatio inauguralis Berolinensis 1863.

29) Der verfasser neun angeblich von Demosthenes für Apollodor geschriebener reden. von Johannes Sigg.

kles, Euergus, zweite gegen Stephanus, und gegen Neaera unmöglich von Demosthenes verfasst sein können, dasz sie aber zweitens alle von ein und demselben verfasser herrühren. Kann über dieses resultat wohl kein zweifel mehr sein, so vermögen wir dagegen über diesen verfasser nichts positives zu geben, als die allerdings höchst wahrscheinliche vermutung Schaefers, dasz es Apollodor selbst sei. . . . . .

Die erste rede gegen Stephanus hingegen kann besonders aus sachlichen und persönlichen gründen unmöglich von Demosthenes, aus technisch-rhetorischen, sowie besonders stilistischen unmöglich von Apollodor, als dem verfasser der vorigen sieben reden, geschrieben sein. Die bedeutend bessere technik der rede gegenüber den vorigen glaubten zwar Schaefer und Lortzing durch die mittlerweile erlangte übung erklären zu können; dieser an sich schon unwahrscheinlichen annahme steht jedoch die rede gegen Neaera gegenüber, in welcher die früheren fehler im vollsten masze sich wiederfinden. Es ist aber nicht blosz die technik verschieden, resp. besser, sondern auch die rhetorik und in ganz vorzüglichem masze der stil, so dasz mir das negative resultat, dasz Apollodor nicht der verfasser sei, vollständig sicher zu sein scheint, dagegen lässt sich irgend ein positiver schlusz nicht machen. . . . . . Dasz Apollodor in diesem falle ausnahmsweise sich die rede von einem logographen machen liesz, kann in verschiedenem seinen grund haben: entweder kann er wegen politischer oder privater geschäfte einfach nicht zeit gehabt haben, oder er hat vielleicht seine kraft für die schwierigkeit der sache bei der bedeutung, die er ihr als dem letzten versuch beilegte, als nicht genügend angesehen und darum die hauptsache dem bessern redner übergeben und sich auf einen kurzen epilog beschränkt, in dem er seine gesetzeskunde im übermasze entfaltet.

Die rede endlich über den trierarch. kranz unterscheidet sich in ihrer behandlungsweise ebenso von den Demosthenischen reden als den Apollodorischen, so dasz keiner von beiden ihr verfasser sein kann; wer der aber sei, können wir nicht mit sicherheit sagen. Dagegen liegt es nahe, an Kephisodot zu denken, der die dazu gehörige hauptrede verfasst hat und wir wissen, dasz oft derselbe logograph hauptrede und deuterologie schrieb.

De oratione contra Theocrinem[30]).

Orationem contra Theocrinem non esse Demosthenis ex hoc loco plane cognoscitur: § 42. 43: *χαλείτω ὁ κῆρυξ οὗτος τὸν Δημοσθένην. οὐκ ἀναβήσεται. τούτου δ' αἴτιόν ἐστιν οὐ τὸ ἐμὲ ὑπό τινων πεπεισμένον ἐνδεῖξαι τουτονί, ἀλλὰ τοῦτον καὶ τὸν ἄρτι καλούμενον διαλελύσθαι . . . . Θεοκρίνης γὰρ οὑτοσὶ τοῦτον* (audi *Δημοσθένην*) *διώκων παρανόμων τὸν μιαρὸν, ὡς αὐτίκα φήσει, καὶ τῶν νῦν αὐτῷ κακῶν αἴτιον, φανερῶς ἀφῆκε τῆς γραφῆς, ἐφ' ᾗ δέκα τάλαντα ἐπεγράψαντο τίμημα . . . . Τὸν μὲν Δημοσθένην τις ὑπωμόσατο καλουμένης τῆς γραφῆς ὡς νοσοῦντα, περιιόντα, καὶ λοιδορούμενον Αἰσχίνῃ.*[31])

Cum maledicta quae hoc loco aperte propalamqua in uitam Demosthenis coiciuntur ne eum quidem, cursim qui legat, possint praeterire, qui factum sit ut Callimachus

---

[30]) Dem. or. 58: *ἔνδειξις κατὰ Θεοκρίνου* p. 1322 seqq. Haec oratio quamquam a re proposita, si seuere iudicaris, aliena est, in quaestionem a me uocata est propter ea quod orationes adu. Nicostratum, de trierarchia, in Neaeram, quas item publicas esse constat, silentio praeterire non potui. Et quoniam separatum ei locum dandum esse putabam, earum orationum, quas accuratius tractare mihi proposui, primam esse uolui.

[31]) cf. § 4. 3b. 41.

hanc orationem corpori Demosthenicarum orationum insereret iure quaeritur. Qua de re quoniam certi nihil afferri potest, alii in aliam inciderunt opinionem. Atque J. Siggio quidem huius rei permirae causa inde uidetur petenda esse, quod pluribus huius orationis locis inuenitur nomen Demosthenis[32]). L. Spengelius autem existimat Callimachum Theocrineam, etsi, rebus adductus ignotis, orationibus Demosthenicis adiunxerit, pro Demosthenica tamen non habuisse[33]). Sed utcumque res se habet, Callimacho gratiam habentes una cum genuinis orationes non genuinas animis accipimus libentibus. Scilicet his et de legibus Atheniensium institutisque accuratius docemur et ad genuinarum orationum uirtutes uel uitia diligentius examinanda uelimus nolimus ducimur.

Uerum ut ad id quod institui reuertar, hanc orationem pro falsa habendam esse ex loco supra laudato satis superque apparet. Neque eam, etiam si illa maledicta abessent, tribueremus Demostheni. Iudicari quidem debet eam alias orationes non genuinas, ut Apollodoreas, multis rebus antecellere. Nam causa non inepte disposita est, argumentatio magna ex parte astricta, leges apte afferuntur. Sed Demosthenicae elocutionis perspicuitas uigorque omnino in ea desideratur. Multis enim locis oratio obscura est et, cum molestis earundem sententiarum repetitionibus laboret, minus facile currit. Atque haec uitia uituperans A. Schaeferus exempli causa hos locos profert[34]):

§ 16: *καὶ περὶ τούτου πολλοὺς ἐρεῖ λόγους, ὡς ἐκεῖνός ἐστιν. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν ἀκριβές, ὁπότερός ἐστιν, οὐκ ἔχω λέγειν, εἰ δ' οὖν ἐστὶν ὡς οὗτος ἐρεῖ, πολὺ δικαιότερον εἶναι νομίζω καταψηφίσασθαι ὑμᾶς αὐτοῦ, εἰ ταῦθ' οὕτως ἐστίν.*

§ 26: *τῆς μαρτυρίας τῆς ὀλίγον τι πρότερον ἀναγνωσθείσης . . . . μαρτυρούντων ὥσπερ ὀλίγον τι πρότερον ἠκούσατε.*

§ 28. 29: *τοιοῦτος ἐγένετο περὶ αὐτὸν οὗτος ὥστε ζητῆσαι τοὺς δράσαντας καὶ πυθόμενος, οἵτινες ἦσαν, ἀργύριον λαβὼν ἀπηλλάγη . . . . ὑπὲρ ὧν δ' ἔπαθεν ἐκεῖνος, μέχρι τούτου σχετλιάζων περιῄει καὶ φάσκων εἰς Ἄρειον πάγον Δημοχάρην προςκαλεῖσθαι, ἕως διελύσατο πρὸς τοὺς τὴν αἰτίαν ἔχοντας.*

§ 36—38: *Οὗτος τοίνυν αὐτίκα φήσει διὰ τοῦτο τὴν ἔνδειξιν καθ' αὑτοῦ γεγονέναι . . . . ὅπερ ἦν ἀναγκαῖον αὐτοῖς, τοῦτ' ἔπραξαν.*

§ 46: *εἰ δὲ γράψαιτ' ἄν· πῶς οὐ δεινόν ἐστιν ἑτέρου μὲν γράψαντος κωλύειν ἂν τέλος ἔχειν τὸ ψήφισμα, ἵνα μὴ πάντες τοῦτο ποιῶσι, καὶ γραφὴν ἀπενεγκόντα παραγραψάμενον σαφῶς τοὺς νόμους κωλύειν τὸ πρᾶγμα.*

Alia eius modi exempla sunt:

§ 17: *Ὡς οὖν καὶ παρ' αὐτοῦ Θεοκρίνου ὁμολογεῖται τοῦτ' εἶναι τὸ ὄφλημα καὶ κατετάξατο τοῖς φυλέταις ὑπὲρ αὑτοῦ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ . . . . Προσελθὼν δ' οὑτοσὶ Θεοκρίνης ὡμολόγησεν ὀφείλειν καὶ ἐκτίσειν ἐναντίον τῶν φυλετῶν.*

§ 65: *Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους, ὅσοι κακουργοῦντες βλάπτουσί τι τοὺς ἐντυγχάνοντας, τοὺς μὲν τῶν οἴκοι φυλακὴν καταστήσαντας σώζειν ἔστι, τοὺς δ' ἔνδον μένοντας τῆς νυκτὸς μηδὲν παθεῖν, τοὺς δ' ἑνί γέ τῳ τρόπῳ φυλαξαμένους ἔνεστι διασώσασθαι τὴν τῶν κακόν τι ποιεῖν βουλομένων ἐπιβουλήν, τοὺς δὲ τοιουτουσὶ συκοφάντας, ποῖ χρὴ πορευθέντας ἀδείας παρὰ τούτων τυχεῖν;*

[32]) l. l. p. 401.
[33]) Rhein. Mus. N. F. 16. Jahrg. 1861 p. 476.
[34]) Dem. III. Beil. VI. p. 279.

Haud raro scriptor pronominibus demonstratiuis quae dicuntur male utitur. Exempli causa hos locos profero:

§ 33: *Καί μοι κάλει Φιλιππίδην τὸν Παιανιέα, πρὸς ὃν ἔλεγε ταῦτα Θεοκρίνης οὑτοσί, καὶ τοὺς ἄλλους οἳ συνίσασι τούτῳ ταῦτα λέγοντι.*

§ 35: *τοῦτο γάρ ἐστιν ὑπερβολή, τὸ παρ' ὧν οὐδ' ἂν εἷς ἀξιώσει λαβεῖν, τοῦτον παρὰ τούτων ἥδιστα λαμβάνειν πωλοῦντα τὰς γραφάς.*

Iam ex iis quos attuli locis scriptorem huius orationis a Demosthenica arte longe abesse satis apparet. Accedit quod habitus orationis ad laudem orationum uere Demosthenicarum aspirare nequit. Qua de re non magni operis est disserere uberius. Possum demonstrare orationem aridam esse et exsanguem, nec doloris quantum opus sit habere nec sensus, figuris, ut obsecratione et apostrophe[35]), minus quam publicas Demosthenis orationes esse ornatam. Sed haec breuitatis causa relinquo omnia. Argumenta enim si non grauiora, at faciliora ad perspiciendum ex iis quae extrema mihi tractare in animo est me sumpturum arbitror. Dicturus enim sum de allocutione et de formulis quibus scriba publicus ut legenda afferat legatque admonetur.

Allocutionem oratores ueteres orationibus adiciunt uel ut auditores ad rem attentos teneant, uel ut eorum sibi beneuolentiam concilient, uel ut eos honorent uel propter plures ex iis quas dixi simul causas. Et quoniam ad res tam uarias allocutio spectat, de ea qui accuratius disseruerit summa laude dignus erit. Sed hoc non huius propositi est. Satis enim habeo de uerbis allocutionis afferre pauca.

Atque inter oratores Atticos Antiphon Andocides Isaeus Lycurgus iudices uerbis *ὦ ἄνδρες*, Aeschines Dinarchus uerbis *ὦ Ἀθηναῖοι*, Lysias Hyperides Demosthenes uerbis *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* et *ὦ ἄνδρες δικασταί* alloqui solent. Et Demosthenes quidem hac allocutione quasi honorificentiore constanter utitur, ita tamen, ut in publicis orationibus interdum, cum indignabundus et commotiore animo loquatur, *ἄνδρες Ἀθηναῖοι* uel *ἄνδρες δικασταί* dicat[36]). Ac contionibus constanter allocutionem *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* addit, in publicis orationibus iudices et *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* et *ὦ ἄνδρες δικασταί* uerbis alloquitur. Utra autem allocutio in his usurpetur crebrius hoc indice patefiat:

	Loci quibus usurpatur allocutio *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι (ἄνδρες Ἀθην.)*	*ὦ ἄνδρες δικασταί (ἄνδρες δικ.)*
reperiuntur		
in orat. de corona	43	1
" " de falsa leg.	63	9
" " adu. Lept.	56	10
" " in Midiam	78	19
" " c. Androt.	14	1
" " c. Aristocr.	67	2
" " c. Timocr.	12	8
	333	50

[35]) Obsecratio bis (§ 36: *μὰ τὸν Δία.* § 64: *νὴ Δί'*), apostrophe quater (§ 6. 26. 52. 56) usurpatur.

[36]) Allocutionem *ἄνδρες Ἀθηναῖοι* in oratione de corona duodecies, in oratione de falsa legatione bis, in Leptinea semel, in Midiana semel legere memini. — Allocutio *ἄνδρες δικασταί* in oratione de corona semel, in Leptinea semel, in Midiana bis inuenitur.

Quae cum ita sint, in publicis Demosthenis orationibus allocutio ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι septuplo fere crebrius quam ὦ ἄνδρες δικασταί reperitur. Quo ab usu loquendi scriptor Theocrineae longe discedit. Nam semel et tricies ὦ ἄνδρες δικασταί, bis ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι scribit.

Restat ut exponam formulas quibus in oratione contra Theocrinem scriba legenda legere iubeatur non congruere cum Demosthenis consuetudine loquendi. Is enim ut scribam, cum is in eodem testimonio uel documento legendo pergere iubetur, constanter uerbis legendi (λέγε, ἀναγίγνωσκε, ἀνάγνωθι) admonet, ita, cum tabulae usque eo non prolatae proferendae sunt, aut proferendi uerbo solo uti aut legendi uerbo id addere solet. Et plerumque quidem uerbum λαμβάνειν usurpat (λαβέ; λαβὲ καὶ λέγε; λαβὲ . . . . λέγε; λαβὲ . . . . ἀναγίγνωσκε; λέγε λαβών; ἀνάγνωθι λαβών). In orationibus de corona et de falsa legatione etiam uerba φέρειν et διδόναι aliquotiens inueniuntur[37]).

Atque ut haec Demosthenis consuetudo, quae quidem in publicis orationibus reperitur, quasi sub uno conspectu ponatur, hunc indicem conficiam:

Formulae reperiuntur	proferendi uerbis conceptae	proferendi uerbis carentes
in orat. de corona	18	3
„ „ de falsa leg.	11	11
„ „ adu. Lept.	10	2
„ „ in Midiam	4	3
„ „ c. Androt.	—	—
„ „ c. Aristocr.	5	4
„ „ c. Timocr.	4	1
	52	24

Sic formulae, quibus scriba tabulas usque eo non prolatas proferre iubetur, comparatae sunt in Demosthenis orationibus publicis. At in oratione contra Theocrinem ratio earum longe alia est. Nam quamquam duodecim tabulae aliae post alias proferuntur, tamen ter (§ 17. 49. 51) formula λαβέ, ceteris locis formulae λέγε uel ἀναγίγνωσκε usurpantur.

Quae cum ita sint, orationem contra Theocrinem, etiam si ea quae supra commemorauimus maledicta abessent, abiudicaremus a Demosthene. Ac cuiusnam ea sit quaerenti mihi ut certi quidquam non est in promptu, ita meo iure mihi uideor existimare alias huius scriptoris orationes sub nomine Demosthenis non esse traditas. Ad quam sententiam cum aliis ducor elocutionis proprietatibus tum singulari quodam usu datiui quem dicunt ethicum[38]).

---

[37]) uerbum φέρειν inuenitur: de cor. § 73. 106. 179. 267. de falsa leg. § 61. — uerbum διδόναι: de cor. § 153. 156. de falsa leg. § 81.

[38]) § 17: ὀφείλοντος αὐτῷ τοῦ πάππου. § 19: οὐκ ἐκτετικότος αὐτῷ τοῦ πατρός. § 22: ὀφείλειν ὑμῖν τῷ δημοσίῳ. § 26: μεμαρτυρηκότος μὲν ἡμῖν τοῦ Μίκωνος. § 28: μάρτυρας ὑμῖν παρασχέσθαι. τελευτήσαντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ.

De oratione aduersus Phaenippum[39]).

Orationem aduersus Phaenippum de permutatione cum iam ueteres critici quidam, ut Libanius narrat[40]), in dubium uocassent, inter recentiores A. Boeckhius[41]) et auctore J. Bekkero omnes editores a Demosthene abiudicarunt, idque non tam propter causae, ut opinor, dispositionem et expositionem quam propter singularum quarundam sententiarum ineptias. Neque hoc uolo intellegi orationem structam esse et angustam et concisam. Nam rem ita sese non habere iam exordium legentibus perspicere nobis licet. Etenim ut in initio orationis causam de qua agitur leuiter attingere oratoris uidetur esse exercitati, ita qui singulas res easque, quae infra praeteriri nequeant, expositioni temere praeripiat in maximam cadit uituperationem. Neque autem reliqua oratio Demosthenis pressam habet loquendi rationem. Ac suo iure A. Schaeferus[42]) hos improbat locos:

§ 13: *καὶ δίκας καὶ κρίσεις ἀναβάλλονται τοῖς ἀντιδίκοις οἱ ἄρχοντες.*

§ 15: *χρὴ δ' . . . . ἐκείνοις βοηθεῖν, οἵτινες ἂν τὴν τῶν νόμων φωνὴν ὑμετέραν εἶναι νομίζωσι, καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην, τὴν εἰς τὸ δικαστήριον, ὑπὲρ τῶν ἠδικημένων νομίζωσι, μὴ τῶν ἠδικηκότων.*

Praeter ea hos locos protulerim:

§ 22: *οἱ δὲ σοὶ πατέρες τοσούτων ἦσαν κύριοι χρημάτων, ὥσθ' ἑκατέρου τρίποες ἀνάκειται, νικησάντων αὐτῶν Διονύσια χορηγούντων.* Haec periodus est implicata; multo expeditior ea esset, si scriptum esset: *ὥσθ' ἑκάτερος τρίποδα ἀνέθηκε νικήσας Διονύσια χορηγῶν.*

§ 23 *ἀλλ' ἐγὼ δείξω πολλ' ἀνηλωκώς, ὁ τὴν μικρὰν οὐσίαν παραλαβὼν παρὰ τοῦ πατρός.* Quod hoc loco scriptor pollicetur, id non soluit. Nam in iis quae sequuntur nulla huius rei mentio fit.

Non pauca igitur reperiuntur quae ueniant in uituperationem. Nihilo minus hanc orationem complures alias, quas etiam hodie existimatores quidam Demostheni adiudicant, et breuitate narrandi et argumentandi probabilitate antecellere arbitror. Ac quaerentibus nobis cur critici illi, quos non ita fastidiosos fuisse constat, eam in falsarum numero retulerint causa non tam ab iis quae commemorauimus uitiis quam a singulorum uerborum uel sententiarum insulsitate uidetur petenda esse. Atque G. H. Schaeferi[43]) quidem scrupuli positi sunt in primis orationis uerbis: *Πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτ', ὦ ἄνδρες δικασταί, πρῶτον μὲν ὑμῖν ἅπασιν, ἔπειτα δὲ καὶ Σόλωνι τῷ νομοθετήσαντι τὸν περὶ τῶν ἀντιδόσεων νόμον,* in obsecrationis formulis *νὴ τοὺς θεοὺς καὶ θεάς* (§ 6) et *πρὸς τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων* (§ 17), in eo quod in § 29 uerbis *λαβέ μοι* additur uocatiuus *γραμματεῦ.*

Sed obsecrationis formulam *νὴ τοὺς θεοὺς καὶ θεάς* et uerba *λαβέ μοι, γραμματεῦ* cum improbaret, doctissimus ille uir aequitatem uidetur parum seruasse. Nam illa obsecrationis uerba quamquam neque in priuatis neque in ceteris Demosthenis orationibus reperiuntur, tamen, praesertim cum in oratione aduersus Cononem inueniantur uerba: *ὀμνύω τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεὰς ἅπαντας καὶ πάσας* (§ 41), nihil habere uidentur offen-

[39]) Dem. or. 42: *πρὸς Φαίνιππον περὶ ἀντιδόσεως.* p. 1038 seqq.

[40]) argum. p. 1037: *ὁ μὲν λόγος οὐκ ἀναφέρεται παρά τινων εἰς τὸν Δημοσθένην.*

[41]) Die Staatshaushaltung der Athener I., 60a.

[42]) Dem. III. Beil. VI. p. 284.

[43]) cf. adnot. ad p. 1038, 1. 1040, 22. 1048, 5.

sionis. Neque alterum quod Schaeferus adnotauit debet improbari. Nam in oratione de falsa legatione § 270 legimus: *ταυτὶ λαβὼν ἀνάγνωθι, γραμματεῦ.*

At reliqua Schaeferus uituperauit suo iure. Nam obsecrationis uerba *πρὸς τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων*, ut de his prius exponam, neque reperiuntur apud Demosthenem neque ullo modo possunt defendi. Daemonum enim notio a priuatis Demosthenis orationibus omnino abest neque contiones eius et publicas orationes perscrutanti mihi uox *δαίμων* aliis quam his duobus orationis de corona locis occurrebat: § 192: *τὸ μὲν γὰρ πέρας, ὡς ἂν ὁ δαίμων βουληθῇ, πάντων γίγνεται.* — § 208: *τῇ τύχῃ δ', ἣν ὁ δαίμων ἔνειμεν ἑκάστοις,, ταύτῃ κέχρηνται.* His ex locis num coicere liceat abhorrere a Demosthenis usu loquendi numerum pluralem *δαιμόνων* relinquo suspensum: hoc apertum est manifestumque eum uocibus *ὁ δαίμων* et *ὁ θεὸς* uim subiecisse eandem. Quae cum ita sint, Demosthenes obsecrationis uerba *πρὸς τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων* non potuit usurpare. Sed haec uerba, etiam si apud Demosthenem non significarent idem, tamen maximam nobis inicerent suspicionem. In priuatis enim orationibus ut in obsecrationum et numero et uerbis adhiberet modum Demosthenem curasse constat. Itaque in sex illis quae consensu omnium eius esse censentur orationibus haec tantum inueniuntur obsecrationis uerba: *νὴ Δία* (adu. Onet. § 10. pro Phorm. § 39. 55. adu. Con. § 34), *μὰ τοὺς θεοὺς* (adu. Con. § 6. 26. 36), *ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ* (pro Phorm. § 51), *μὰ τὸν Δία καὶ θεοὺς* (pro Phorm. § 53), *νὴ τὸν Δία καὶ θεοὺς ἅπαντας* (pro Phorm. § 61), *ὀμνύω τοὺς θεὸυς καὶ θεὰς ἅπαντας και πάσας* (adu. Con. § 41). Et quoniam priuatas orationes nullis obsecrationis formulis ornatas uidemus nisi sanis, arcessitum illud ineptumque *πρὸς τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων*, etiam si ea quae supra demonstrauimus non quadrarent, longe a Demosthenico loquendi usu recedere existimaremus.

Item ille iure ac merito improbauit prima orationis uerba: *Πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτ', ὦ ἄ. δ., πρῶτον μὲν ὑμῖν ἅπασιν, ἔπειτα δὲ καὶ Σόλωνι τῷ νομοθετήσαντι τὸν περὶ τῶν ἀντιδόσεων νόμον.* Nam, praeterquam quod Demosthenes non *Σόλων ὁ νομοθετήσας τὸν νόμον*, sed *Σόλων ὁ τιθεὶς τὸν νόμον*[44]) uel *Σόλων ὁ θεὶς τὸν νόμον*[45]) dicere solet, in eo maxime offendimus quod scriptor iudices Solonemque legislatorem prosequitur quasi bonis ominibus. Scilicet a Demosthenicae dictionis ingenuitate natura ueritate hoc uehementer discrepat ac studium delectationis ornatusque prae se fert minus decorum.

In eodem uitio hos locos esse arbitror:

§ 19: *μικρὸν μὲν οὖν, ἱκετεύω, ἐπίσχες.* Quo quid dici aut fingi potest urbanius?

§ 32: *Καὶ γὰρ εἰ οἰκέτης ὑμῶν, μὴ πολίτης ἦν· ὁρῶντες ἂν μου τὴν φιλεργίαν καὶ τὴν εἰς ὑμᾶς εὔνοιαν, ἀνεπαύσατ' ἂν με τῶν ἀναλωμάτων καὶ ἐπὶ τὸν δραπετεύοντα τῶν ἄλλων ἤλθετε. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν, ἐπειδὰν ἀποτίσω τὰ τρία τάλανθ', ἃ ὤφλον καὶ ἀναλάβω ἐμαυτόν, πάλιν ἀναπαύσαντες τῶν τεταλαιπωρηκότων ἕτερον ἐπ' ἐμὲ ἥξετε. νῦν δ' ἄφετε, ἱκετεύω πάντας ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τὰ δίκαια εἰρηκὼς δέομαι βοηθῆσαί μοι καὶ μή με περιελαθέντα περιιδεῖν ὑπὸ τούτων.*

His extremis orationis uerbis scriptor in elegantia uehementissime peccat et sanitate. Nam, ut praetermittam quod uerba *νῦν δ' ἄφετε, ἱκετεύω πάντας ὑμᾶς* non tam petitoris esse uidentur quam eius unde petitur, quid cogitari potest absurdius quam ciuem

44) uide p. 227,15. 596,21. 601,6. 629,4. 629,28.
45) uide p. 602,18. 628,15. 632,5. 649,11.

Atheniensem cum seruo comparari in operibus desudanti? Nonne huiusce modi ineptiae eloquentiae esse tibi uidentur deprauatae?

Quibus rebus allatis ea quae superiores critici de oratione aduersus Phaenippum iudicarunt satis confirmasse mihi uideor. Restat ut quo tempore haec oratio scripta sit, quo ad eius fieri possit, breuiter exponam. Quae ratio duobus potissimum nititur argumentis. Ac primum quidem ex eo quod labentis rectae consuetutinis in hac oratione expressa exstant uestigia, eam, cum in peius iam mutaretur eloquentia, compositam esse sequitur. Firmius autem rationis adminiculum est quod Philostrato, Phaenippi auo, quem anno trecentesimo quadragesimo tertio uiuum fuisse ex oratione in Neaeram[46]) intellegimus, iam diu mortuo lis Phaenippo intendebatur. Id enim hoc loco docemur: § 21: *ἱκανὸν γὰρ χρόνον δύ' οὐσίας καρπούμενος διατελεῖς, τὴν μὲν τοῦ φύσει πατρὸς Καλλίππου, τὴν δὲ τοῦ ποιησαμένου σε, Φιλοστράτου τοῦ ῥήτορος, καὶ οὐδὲν πώποτε τούτοις πεποίηκας.* Quae cum ita sint, haec oratio ascribenda uidetur temporibus Alexandri.[47])

De oratione aduersus Phormionem.[48])

Orationem aduersus Phormionem nobis traditam non ab uno, sed a duobus, Chrysippo eiusque fratre, alternis dictam esse omnes adhuc iudicarunt interpretes. Neque tamen quid Chrysippo tribuendum sit, quid alteri petitori satis probabiliter exposuerunt. Scilicet hoc nullo pacto potest definiri. A. Schaefero quidem haec res difficultates habere uidetur non ita magnas. Existimat enim Chrysippum a § 1 usque ad § 18 et a uerbis *Λέγει δ' ὡς* (§ 33) usque ad extremam orationem uerba facere, a § 18 (*Μελλούσης δὲ τῆς δίκης*) usque ad § 33 autem fratem illius esse uicarium.[49]) Sed locum § 22—33 doctissimus ille uir uidetur non satis diligenter peruoluisse. Quod si fecisset, certe intellexisset ea quidem uerba, quae a § 23 usque ad § 31 leguntur (*Καὶ οὗτος μὲν ἐδάνεισεν . . . οὐδ' ἂν εἷς σοῦ μᾶλλον τῶν πλεόντων ἐθαυμάζετο.*), a Chrysippo non posse dicta esse, sed quae in § 22 et in § 31 insunt nemini adiudicanda nisi Chrysippo. Quod ex uerbis § 22: *ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς χρήμασιν ἐπιδανεισάμενος* et § 31: *εἰ μὲν ἐμοὶ τῷ δανείσαντι ἀπεδίδους*[50]) luculentissime apparet. Praeter ea § 32: *Καὶ οἵδε μὲν πρὸς σὲ δύο συγγραφὰς ἐποιήσαντο . . . . πρὸς τοῦτον* neque a Chrysippo dicta esse possunt neque ab eius fratre. Nam uerba *οἵδε μὲν . . . . ἐποιήσαντο* legentibus nobis de nullis aliis cogitare licet nisi de duobus petitoribus ipsis. De iis igitur ea dicta sunt, non ab iis.

Quae cum ita sint, quoniam loquentium uicissitudine inenodabiles exoriuntur difficultates, ut de probabili huius orationis interpretatione desperemus uidetur relinqui. Sed, mea quidem sententia, ex his angustiis nos possumus explicare. Existimo enim equidem *orationem aduersus Phormionem non a duobus dictam esse, sed ab uno Chrisippo.*

Quod ut demonstretur, ad locum supra laudatum (§ 22—§ 33), principium illud omnium fere difficultatum ac fontem, redeamus. Ubi quam inexplicabilis esset illa loquentium uicissitudo iam supra uidimus. Maxime uero in legendo offendebam in uerbis *οἵδε*

46) § 22.

47) cf. A. Schaeferi Dem. III. Beil. VI. p. 285.

48) Dem. or. 34: *πρὸς Φορμίωνα περὶ δανείου.* p. 907 seqq.

49) Dem. III. Beil. VII. p. 305.

50) cf. § 6: *Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄ. Ἀ., ἐδάνεισα Φορμίωνι . . .*

μὲν πρὸς σὲ δύο συγγραφὰς ἐποιήσαντο. Quibus mihi prima iniciebatur suspicio hunc locum ab oratione, qualis apud iudices habebatur, esse alienum. Quae magis magisque augebatur, cum huius loci habitus loquendique ratio num reliquae orationi consentirent quaererem diligentius.

Orationem, quicunque loco § 22 — § 33 praetermisso perlustrarit, siccam esse ad causamque accommodatam non negabit. Ita in uno et quadraginta paragraphis sex inueniuntur interrogationes rhetoricae quae uocantur et semel usurpatur apostrophe[51]). Age nunc, hic locus num his rebus congruit reliqua cum oratione? Minime. Nam in huius loci undecim paragraphis non minus quam nouem nobis occurrunt interrogationes, apostrophes uero figura totos paragraphos 26 et 27 itemque paragraphos 30, 31, 32 a uerbis *Σὸι δ' ἀποδιδόντι* usque ad uerba *εἰδὼς κατὰ σοῦ κειμένην Ἀθήνησι συγγραφὴν πρὸς τοῦτον* complectitur. Neque in casu positum uidetur quod in § 29 usurpatur obsecratio *ὦ γῆ καὶ θεοί,* qui ornatus a reliqua oratione abest.

His orationis ornamentis scriptorem apparet rerum uelare uoluisse inopiam atque ieiunitatem. Nam multa eorum, quae hic locus habet, ab aliis huius orationis locis petita sunt, sin autem quid noui affertur, magnam partem continuo repetitur. Quod ut patefiat, hi loci inter sese conferantur:

§ 22: *οὐκ ἐνθέμενος εἰς τὴν ναῦν τὰ χρήματα καὶ ὑποθήκην οὐκ ἔχων.*	§ 7: *οὔτε γὰρ τὴν ὑποθήκην παρέσχετο, οὔτε τὰ χρήματ' ἐνέθετ' εἰς τὴν ναῦν.*
§ 22: *ἐν Βοσπόρῳ δ' ἀπρασίαν τῶν φορτίων κατέλαβε, καὶ τοὺς τὰ ἑτερόπλοα δανείσαντας μόλις ἀπήλλαξεν.*	§ 8: *καταλαβὼν δ' ἐν τῷ Βοσπόρῳ μοχθηρὰ τὰ πράγματα διὰ . . . . τῶν φορτίων ὧν ἦγε πολλὴν ἀπρασίαν, ἐν πάσῃ ἀπορίᾳ ἦν. καὶ γὰρ οἱ δανεισταὶ εἴχοντο αὐτοῦ οἱ τὰ ἑτερόπλοα δανείσαντες.*
§ 27: *ὃν ἐξ ἀρχῆς . . . . εὐθὺς ἠδίκεις οὐκ ἐνθέμενος τὰ χρήματα εἰς τὴν ναῦν κατὰ τὴν συγγραφὴν Ἀθήνηθεν;*	§ 7: *Ἀρχὴ μὲν οὖν αὕτη ἐγένετο τοῦ ἀδικήματος . . . . οὔτε τὰ χρήματ' ἐνέθετ' εἰς τὴν ναῦν, κελευούσης τῆς συγγραφῆς ἐπάναγκες ἐντίθεσθαι.*
§ 28: *οὔτε τὸν παῖδα τὸν ἡμέτερον παρέλαβες ἐν Βοσπόρῳ ὄντα οὔτε τὸν κοινωνόν, οὐδὲ τὰς ἐπιστολὰς ἀπέδωκας αὐτοῖς, ἃς ἡμεῖς ἐπεθήκαμεν, ἐν αἷς ἐγέγραπτο παρακολουθεῖν σοι οἷς ἂν πράττῃς;*	§ 8: *Ἐλθὼν τοίνυν εἰς τὸν Βόσπορον, ἔχων τὰς ἐπιστολὰς παρ' ἐμοῦ, ἃς ἔδωκ' αὐτῷ ἀπενεγκεῖν τῷ παιδὶ τῷ ἐμῷ . . . . καὶ κοινωνῷ τινι, γράψας ἐν τῇ ἐπιστολῇ . . . . καὶ προστάξας . . . . ἐξετάζειν καὶ παρακολουθεῖν, τὰς μὲν ἐπιστολὰς οὐκ ἀποδίδωσιν οὗτος.*
§ 25: *ἐξὸν δ' αὐτῷ ἀμφοτερόπλουν Ἀθήνησιν ἀποδοῦναι τὸ ἀργύριον, ἐν Βοσπόρῳ ἀπέδωκε.*	§ 31: *νῦν δ' οὐκ ἐμοὶ ἀλλ' ἑτέρῳ ὑπὲρ ἐμοῦ ἀπεδίδους, καὶ οὐκ Ἀθήνησιν ἀλλ' ἐν Βοσπόρῳ.*
§ 29: *προσῆκέ γε τοσοῦτο χρυσίον ἀποδιδόντα . . . . παρακαλεῖν πάντας ἀνθρώπους.*	§ 30: *Σοὶ δ' ἀποδιδόντι τό τε δάνειον . . . . πῶς οὐχὶ πολλοὺς ἦν παραληπτέον μάρτυρας;*

[51]) § 33: *ὁπότε γὰρ ἐν τῷ Βοσπόρῳ φὴς μὴ τὰ χρήματα ἐνθέσθαι . . . . διὰ τὸ μηδὲν ἐνθέσθαι.*

Sed haec mittamus et ad aliud, quod hunc locum in suspicionem uocet, transeamus. Nominum enim propriorum, quae in reliqua oratione unum et octoginta inueniuntur, multa secum habent articulum, ita ut uni et quadraginta is additus sit, quadraginta eo careant. At quae a § 22 usque ad § 33 inueniuntur undecim nomina propria articulo carent omnia. Quod maxime mirum est in nomine ,*Βόσπορος*'. Hoc enim in reliqua oratione septies cum articulo, quinquies sine eo ponitur: hoc loco, quamquam septies usurpatur, articulum secum habet nusquam.

Ac ne illud quidem neglegendum est, quod allocutio in reliquae orationis uno et quadraginta paragraphis quater et uicies, in suspecti loci undecim paragraphis inuenitur ter.

Ex iis quae attuli argumentis locum § 22 — § 33 ex oratione ut aliena manu compositum remouendum esse concludo.

At iis quae in § 23 et § 24 insunt carere non possumus. Ibi enim pecuniarum, quas Phormion Lampidi in Bosphoro sese soluisse dixerat, conficitur ratio. Rationem autem eius modi re uera confectam esse a Chrysippo ex his intellegimus uerbis: § 42: *(ἐπέδειξα τοῦτον) οὐδ' οὕτως ὄντ' ἀβέλτερον ὥστ' ἀντὶ δισχιλίων καὶ ἑξακοσίων δραχμῶν τριάκοντα μνᾶς καὶ ἐννέα ἀποδοῦναι.* Sed accuratius rationem in § 23 et § 24 allatam si reputarimus, fieri non poterit quin maxime in ea offendamus. Nam, praeterquam quod summa pecuniarum non fit subtiliter, sed uerbis *τὸ δὲ σύμπαν κεφάλαιον γίγνεται τόσον καὶ τόσον* (§ 24) in incerto relinquitur, tota ratio, ut A. Schaeferus argumentis nihil dubii relinquentibus docuit[52]), minime quadrat. Chrysippo autem Schaeferum iniuria hoc uitio uertisse arbitror. Nam, ne longus sim, existimo equidem illam rationem non esse Chrysippi, sed locum, quo ea confecta sit, periisse ortamque lacunam manu aliena esse expletam. Scilicet rhetorem aliquem uel grammaticum, cum pecuniarum rationem, cuius in § 42 mentio fit, desideraret, suo eam arbitratu confecisse et uerbis quibusdam superuacaneis adiectis orationi inseruisse quid est cur miremur? Quae opinio ea re confirmatur, quod ea quae hoc loco (§ 22 — § 23) exponuntur cum iis quae praecedunt et sequuntur sententiis non sunt arte coniuncta.

Quae si ita sunt, nonne ueri simile est hanc orationem dictam esse ab uno Chrysippo? Quamquam huic opinioni duo loci uidentur obstare. Quorum prior hic est:

> § 1: *Δίκαια ὑμῶν δεήσομεθ', ὦ ἄνδρες δικασταί, ἀκοῦσαι ἡμῶν μετ' εὐνοίας ἐν τῷ μέρει λεγόντων.*

Quem locum omnes, quod sciam, interpretes ita intellegi uolunt, ut uerbis *ἐν τῷ μέρει* ad uerbum *λεγόντων* adiunctis ei haec uis insit: Rem aequam precabimur a uobis, iudices, ut nos ,alternis dicentes' audiatis cum benevolentia. Sed haec interpretatio nec necessaria est nec uidetur probabilis. Nequeo enim adduci ut credam uerba *ἐν τῷ μέρει* eam, quam illi iis subiciant, habere notionem. Nam illud ,alternis dicere' Graece non *ἐν τῷ μέρει*, sed *ἐν μέρει λέγειν* opinor esse. Sed ut uerba *ἐν τῷ μέρει* illam notionem habere possint, certe ei aliam et testatam subicere licet. Spectes quaeso haec: Dem. Olynth. III. § 34: *ἵνα τῶν κοινῶν ἕκαστος τὸ μέρος λαμβάνων, ὅτου δέοιθ' ἡ πόλις, τοῦθ' ὑπάρχοι.* c. Spud. § 11: *οὐδὲ ταύτης ἀξιοῖ συμβαλέσθαι τὸ μέρος.* — c. Eubul. § 19: *ἀφικόμενος τῆς οὐσίας παρὰ τῶν θείων τὸ μέρος μετέλαβεν.* — c. Theocr. § 64: *τούτοις ἐστὶν ἀπὸ τῶν λημμά-*

[52]) l. l. p. 306.

των τὸ μέρος δοτέον. — Thucyd. IV, 11: *ἀναπαύοντες ἐν τῷ μέρει τοὺς ἐπίπλους ἐποιοῦντο.* — VIII, 86: *τῶν τε πεντακισχιλίων ὅτι πάντες ἐν τῷ μέρει μεθέξουσιν*[53]) His locis *τὸ μέρος* idem significat, quod *τὸ προσῆκον μέρος*. Quam notionem pleniorem ad locum de quo agitur assumentes et *ἐν τῷ μέρει* non ad *λεγόντων* adiungentes, sed ad *ἀκοῦσαι μετ' εὐνοίας*[54]) in hanc ducimur interpretationem: Rem aequam a uobis precabimur, iudices, nos dicentes ut cum beneuolentia pro portione — i. e. cum eadem, qua Phormionem, beneuolentia — audiatis.[55])

Alter locus, qui opinioni meae obstare uidetur, hic est:

> § 20: *οὕτως ὁ Λάμπις κατὰ κράτος ἐξελεγχόμενος τὰ ψευδῆ μαρτυρῶν καὶ πονηρὸς ὢν ὡμολόγει μὲν εἰρηκέναι ταῦτα πρὸς τοῦτον, οὐ μέντοι γε ἐντὸς ὢν εἰπεῖν αὐτοῦ.*

Ad quem G. H. Schaeferus propositis sententiis superiorum interpretum inter sese discrepantibus hoc adnotauit: *τοῦτον* de arbitro intellegendum.[56]) Sed hoc nullo pacto fieri posse ex his uerbis cognoscitur: § 18: *καὶ ὁ Λάμπις μετὰ ταῦτα νομίσας αὐτῷ ἀσφαλὲς ἤδη εἶναι πρὸς διαιτητῇ μαρτυρεῖν ὅ τι βούλοιτο, ... τἀναντία οἷς πρότερον εἰρήκει.* Cf. § 19: *πρὸς δὲ τῷ διαιτητῇ ἀκινδύνως καὶ ἀναισχύντως μαρτυροῦσιν ὅ τι ἂν βούλωνται.* Apparet Lampidem ea, quae mentis suae non compotem se locutum esse simularit, non apud arbitrum, sed coram Chrysippo et testibus, quibus hic usus sit, dixisse. Cf. § 15: *νυνὶ δ' οὐδέτερος αὐτῶν οὐδ' ὁτιοῦν εἶπεν ἐν τοιούτῳ καιρῷ.* Quae cum ita sint, *πρὸς τοῦτον* legentibus nobis de nullo alio quam Chrysippo cogitare licet. Qua quidem re quod demonstrare mihi proposui hanc orationem ab uno Chrysippo dictam esse uidetur irritum fieri. Sed quae hic exstat difficultas facile ita tollitur, ut pro *τοῦτον* uerbo ponatur *τούτοις* (audi, ut est in eodem paragrapho, *τοῖς ἐξ ἀρχῆς προσελθοῦσιν αὐτῷ μεθ' ἡμῶν* siue, ut est in § 13, *τοῖς κλητῆρσιν*).

Fuit quidem, cum *πρὸς τούτους* scribendum esse putarem. Sed de hac deductus sum sententia, cum hos perlustrassem locos: adu. Lept. § 98: *ἃ δὲ πρὸς τοῖς θεσμοθέταις ἔλεγε, ταῦτ' ἴσως λέγων παράγειν ὑμᾶς ζητήσει.* — in Aphob. I. § 49: *Ἐτόλμα τοίνυν πρὸς τῷ διαιτητῇ λέγειν.* Cf. in hac oratione § 18: *πρὸς διαιτητῇ μαρτυρεῖν.* — § 19: *μαρτυρεῖν καὶ πρὸς διαιτητῇ* et *πρὸς δὲ τῷ διαιτητῇ . . . . μαρτυροῦσιν.* Inde concludimus *λέγειν πρός τινι* esse uocabulum iudiciale, sicut nostro sermone non dicimus „aussagen zu dem richter, zu zeugen," sed „aussagen vor dem richter, vor zeugen." Itaque hoc loco *πρὸς τούτοις* scribendum esse coicio. Quam coniecturam spero legentium iudiciis probatum iri. Nam librariis facillime accidere potuisse ut insequentis loci § 22 — § 33 ineptiis inducti *τοῦτον* scribendum esse opinarentur quis est qui neget?

Quae cum ita sint, satis, ut opinor, apparet cum locum § 22—§ 33 ex hac oratione ut a rhetore fictum esse eximendum, tum reliquam orationem dictam esse ab uno Chrysippo.

---

[53]) cf. Xen. Anab. III, 4, 23. V, 3, 4. VI, 4, 28.

[54]) cf. Aeschyl. Eum. 198: *ἀντάκουσον ἐν μέρει.*

[55]) Haec mihi interpretatio magis quam ea placet, quae, cum ad *λεγόντων* uerba *ἐν τῷ μέρει* adiunguntur, efficitur: Rem aequam a uobis precabimur, iudices, ut nos, qui pro nostra parte dicamus, audiatis cum beneuolentia.

[56]) adnot. ad p. 913, 18.

Haec habui ad orationem adu. Phormionem rectius interpretandam quae afferrem. Uideamus nunc Demostheni utrum excepto loco § 22 — § 33 ea attribuenda sit neone. Qua de re J. Hermannus hoc iudicium fert: „Für die Aechtheit der Rede spricht die Art der Motivirung und der Folgerungen, der Disposition und des Ausdrucks, wie deren grosse Aehnlichkeit mit der Leptinea in einzelnen Theilen[57]). Quod impugnat A. Schaeferus cum dicat: „Worin diese Aehnlichkeit liegen soll, weiss ich nicht: ich finde in der Rede den demosthenischen Charakter nicht.“[58])

Atque ut in utrius sententiam discedam breuiter dicam, non Demosthenis hanc orationem esse existimo. Iudicari quidem debet eam ab callidissimo peritissimoque conscriptam esse causidico. Nam causa Chrysippi tam grauiter defenditur, Phormionis fallaciae ita refelluntur ac redarguuntur, ut in suo iure uter constiterit nemini dubium esse possit. Sed genus dicendi ita comparatum est, ut de alio scriptore quam Demosthene cogitare cogamur. Neque enim dispositio satis idonea est et multa inueniuntur quae a Demosthenis usu loquendi longius recedant.

Atque ut inde ordiar, in initio orationis (§ 3. 4) scriptor disserit hanc litem ab iudicibus Atheniensibus admittendam esse, exceptionem non habere locum. Unde celeriter se auertit cum dicat § 4: *Οὐ μὴν ἀλλ' ἔγωγε ἐλπίζω καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος δείξειν εἰςαγώγιμον τὴν δίκην οὖσαν.* Nihilo minus in § 43 huc reuertitur idque eo consilio, ut penes thesmothetas huius litis potestatem esse demonstret. Quod magnum uitium orationis esse quis est qui neget? Scilicet uno debebat loco exponi hanc litem cum a iudicibus Atheniensibus admittendam esse tum esse thesmothetarum. Sed hoc tantum abest ut unum sit dispositionis uitium, ut totam per orationem ordinem argumentorum ac dispositionem frustra quaeramus. Quod plane cognosces, si ordinem, quo res sese narrasse scriptor in § 40 et § 41 dicit, cum eo, quem re uera secutus est, contenderis. Quocum uitio multa alia cohaerent, uelut quod non raro eaedem repetuntur sententiae et eorum quae dicta sunt collectio in media fere ponitur oratione.

Sed haec mittamus et singula quae a Demosthenis usu loquendi recedant in medium proferamus. Ex quibus, quoniam breuitati me seruire opus est, tria adnotare satis habeo.

Ac primum quidem praecedens pronomen relatiuum in hac oratione nusquam excipitur demonstratiuo. Quod crebro in genuinis fieri orationibus inter eos, qui Demostheni operam dederint, nemo est qui ignoret. Atque in priuatis quidem orationibus haec loquendi consuetudo his mihi occurrebat locis: in Aphob. I.: § 3. 12. 23. 31. 36. 60. — in Aphob. II.: § 1. 23. 24. — adu. Onet. I.: § 5. 19. 22. 31. — adu. Onet. II.: § 1. 8. 11. 12. — p. Phorm. § 1. 3. 8. 23. 31. 32. 34. 44. 46. 47. 48. 49. 55. — c. Con. § 4. 6. 7. 9. 10. 15. 21. 27. 28. 33. 42.

Alterum est quod nomina propria in hac oratione multo crebrius quam apud Demosthenem secum habent articulum. Quod quo planius cognoscatur, hunc indicem ab J. Siggio laudabili cum assiduitate confectum[59]) ponam ante oculos:

---

[57]) l. l. p. 13.
[58]) l. l. p. 306.
[59]) l. l. p. 430.

In Demosthenis

oratione in Aphob. I.	inter	56	nom.	propr.	13	artic.	secum	habent,	43	eo carent,
„ „ „ II.	„	14	„	„	1	„	„	„	13	„ „
„ adu. Onet. I.	„	50	„	„	—	„	„	„	50	„ „
„ adu. Onet. II.	„	8	„	„	—	„	„	„	8	„ „
„ p. Phorm.	„	84	„	„	15	„	„	„	69	„ „
„ c. Con.	„	67	„	„	17	„	„	„	50	„ „
	inter	279	nom.	propr.	46	artic.	secum	habent,	233	eo carent.

At in hac oratione inter unum et octoginta nomina propria unum et quadraginta articulum secum habent, quadraginta eo carent. Omninoque scriptorem temere aut posuisse articulum aut misisse ex uerbis § 18: *Θεοδότῳ ἰσοτελεῖ* et § 44: *τῷ Θεοδότῳ τῷ ἰσοτελεῖ* luculentissime apparet.

Atque ut ad id quod mihi extremum proposueram ueniamus, *οὐκ ἐντὸς εἶναι αὑτοῦ*, quae phrasis, bona legentium uenia hoc uocabulo uti liceat, in hac oratione ter (§ 20. 35. 49) usurpatur, ab elocutione Demosthenica uidetur abhorrere. Nam eae, quae a genuinis orationibus absunt, uoces uel phrases ut per se nihil habent offensionis, ita, cum notio iis subiecta apud Demosthenem aliter et elegantius expressa inuenitur, iure cadunt in suspicionem. Eam autem de qua agitur notionem quibus fere uerbis Demosthenes exprimere solitus sit, ex his locis intelleges: de cor. § 51: *οὐχ οὕτω μαίνομαι.* — de falsa leg. § 173: *οὐ γὰρ ἔγωγ' οὕτως ἄθλιος οὐδ' ἄφρων ἦν.* — ibidem § 267: *οὕτως ἔκφρονας .... καὶ παραπλῆγας τὸ δωροδοκεῖν ποιεῖ.* — c. Aristocr. § 118: *Ὅτι τοίνυν ὅλως οὐδ' ὑγιαινόντων ἐστὶν ἀνθρώπων τοιαῦτα γράφειν.* — Quae in hac oratione inuenitur phrasis ‚*οὐκ ἐντὸς εἶναι αὑτοῦ*', item ut comicum illud ‚non apud se esse', a sermone petita uidetur quotidiano.

Haec habui de oratione aduersus Phormionem quae dicerem.

Schulnachrichten.

A. Verfügungen der vorgesetzten Behörden.

24. Juli 1876: Die Ministerial-Verfügung vom 30. Juni 1876, betreffend die Aufnahme und Locirung der das Gymnasium wechselnden Schüler.

22. Januar 1877: Es werden vierteljährige Censuren für alle Klassen angeordnet und folgende Praedicate festgesetzt: 1) sehr gut; 2) gut; 3) genügend; 4) ziemlich genügend; 5) wenig genügend; 6) ungenügend. Dieselben Praedicate sind auch bei den gewöhnlichen Entlassungszeugnissen anzuwenden.

B. Lehrmittel.

Aus der Privat-Kanzlei Sr. Kaiserl. und Königl. Hoheit des Kronprinzen erhielt die Bibliothek von Berghaus Landbuch von Pommern.

Durch das Königl. Provinzial-Schulcollegium empfing das Gymnasium 3 Exemplare der sechsten Pommerschen Directoren-Conferenz, so wie 1 Exemplar der 4. schlesischen Directoren-Conferenz.

Für diese Geschenke sage ich ehrerbietigen Dank.

C. Lehrverfassung.

Die Lehrverfassung und die Vertheilung der Lectionen unter die Lehrer der Anstalt ist unverändert geblieben. Gelesen wurden in:

Prima: im Lat. Cic. de N. D. I., pro Milone und Briefe in der Sammlung von Hoffmann, Hor. Satiren und Episteln in Tac. Germ.; im Griech. Plat. Euth. und Phaedon, Soph. Philoct. und Antig. und die 2. Hälfte der Ilias; im Franz. Lamartine Reise im Orient.

Secunda: im Lat. Cic. pro Rosc. Am. und in Verr. IV., Virgil Aen. 6. 5. Liv. 22. Sall. Iug.; im Griech. Xen. Hellen. und Lysias und Hom. Od. 1. Hälfte; im Franz. Souvestre Erzählungen.

Ober-Tertia: im Lat. Caesar de B. C. und Ovid.; im Griech. die Anabasis; im Franz. Michaud Kreuzzüge.

Am Zeichnen haben aus den Klassen Prima bis Unter-Tertia 5 Schüler Theil genommen.

Am Chorgesang haben sich betheiligt aus Prima 13, aus Secunda 5 Schüler. Aus Prima: 1) Gross, 2) Schneidewendt, 3) Marseille, 4) Ehlers, 5) Busch, 6) Staude, 7) Gollnick, 8) Knack, 9) Becker, 10) Krause I., 11) Krause II., 12) Matthies, 13) Wentzel Aus Secunda: 1) Heck, 2) Rosenstedt, 3) Adermann, 4) Merten, 5) Andrasch.

D. Zur Chronik des Gymnasiums.

Der Gesundheitszustand unserer Schüler ist ein verhältniszmäszig befriedigender gewesen. Es hat nicht an manchen leichteren Erkrankungen gefehlt, aber wir haben keine Verluste, wie im vorigen Schuljahre, zu beklagen gehabt. Dagegen ist unser College, Herr Dr. Günther, längere Zeit durch schwere Krankheit seiner Thätigkeit entzogen worden. Die übrigen Lehrer haben sich bereitwilligst seiner Vertretung unterzogen.

Am 2. September begieng das Gymnasium den Jahrestag der Schlacht von Sedan, des Vormittags durch einen Schulactus, bei dem der College Herr Prof. Dr. Riemann die Festrede hielt, des Nachmittags durch einen Ausflug der Schule nach dem Lebbin, den der College Herr Todt mit gewohnter Bereitwilligkeit und Umsicht leitete.

Der 15. October fiel in diesem Schuljahre in die Ferien und es konnte seiner nur nachträglich vom Director beim Beginn des Wintersemesters gedacht werden. Hiermit verband er die Vertheilung der Praemien aus dem Hahn'schen Legate. Es empfingen:

1) der Ober-Primaner Heinrich Buth aus Greiffenberg die Edda von Simrock,
2) der Ober-Secundaner Albert Matthies aus Naugard den Ekkehard von Scheffel,
3) der Unter-Secundaner Hermann Langneff aus Scharchow Schillers Leben von Palleske,
4) der Ober-Tertianer Julius Zingler aus Regenwalde Archenholz siebenjähriger Krieg,
5) der Unter-Tertianer Richard Zaucke aus Gollnow Hoecker der deutsch-französische Krieg von 1870—71.

Am bevorstehenden 22. März, dem Geburtstage Sr. Kaiserl. und Königl. Majestät wird der College Herr Dr. Günther die Festrede halten, und der Director am Schlusze die diesmaligen Abiturienten entlassen.

Sowohl zu Michaelis 1876 als zu Ostern 1877 hat eine Abiturientenprüfung unter dem Vorsitz des Herrn Geheimraths Dr. Wehrmann stattgefunden und sind für reif erklärt worden:

1) Otto Lehmann aus Ornshagen bei Regenwalde, Sohn eines dortigen Gärtners. Er studirt Philologie.

2) Bertold Mueller aus Frankfurt a. O., Sohn eines verstorbenen Gymnasial-Lehrers daselbst. Er studirt Philologie.

3) Ernst Matthies aus Naugard, Sohn eines verstorbenen Maurermeisters daselbst. Er studirt Jura.

4) Emil Selle aus Gartz bei Cammin, Sohn eines dortigen Rittergutsbesitzers. Er studirt Jura.

5) Adolf von Thadden aus Batzwitz bei Greiffenberg, Sohn eines Rittergutsbesitzers zu Trieglaff. Er studirt Jura und Cameralia.

6) Paul Schultz aus Zanow, Sohn eines verstorbenen Apothekers daselbst. Er studirt Philologie.

7) Alfred Krüger aus Pumlow bei Belgard, Sohn eines Rittergutsbesitzers daselbst. Er studirt Jura.

Franz Ivers aus Stettin, Sohn des schwedisch-norwegischen General-Consuls Herrn Ivers zu Stettin. Er wird Jura studiren.

9) Ernst Steffen aus Justemin bei Regenwalde, Sohn eines Rittergutsbesitzers daselbst. Er wird Medicin studiren.

10) Richard Gross aus Plathe, Sohn eines verstorbenen Kaufmanns zu Plathe. Er wird Philologie studiren.

11) Carl Schneidewendt aus Treptow a. R., Sohn eines Hotelbesitzers zu Greiffenberg. Er wird Philologie studiren.

12) Felix von Kameke aus Lustebuhr bei Coerlin, Sohn eines Rittergutsbesitzers daselbst. Er wird zunächst Jura studiren.

13) Wedig von der Osten aus Wisbu bei Greiffenberg, Sohn eines verstorbenen Rittergutsbesitzers daselbst. Er wird Jura und Cameralia studiren.

14) Hermann Witzack, gebürtig aus Templin, Sohn eines verstorbenen Arztes daselbst. Er wird Medicin studiren.

15) Conrad Baron von Blumenthal, geboren zu Vartzin, Sohn eines Rentiers zu Berlin. Er wird Jura und Cameralia studiren.

16) Martin Marseille aus Rottnow bei Greiffenberg, Sohn eines dortigen Pastors. Er wird Medicin studiren.

17) Benno Kemp aus Stettin, Sohn eines dortigen Rentiers. Er wird Jura studiren.

18) Hans Holtz aus Carwitz bei Schlawe, Sohn eines verstorbenen Rittergutsbesitzers daselbst. Er wird Jura studiren.

Unter den letzten Abiturienten sind Schneidewendt, von Kameke, von der Osten und von Blumenthal von der mündlichen Prüfung dispensirt worden.

Die Aufgaben zu der vorletzten Prüfung können nicht beschafft werden; die zu der letzten Abiturientenprüfung waren:

1. Im Deutschen:
   Inwiefern ist die Regierung Friedrich Barbarossas, so segensreich sie für das Reich war, doch auch nachtheilig gewesen?
2. Im Lateinischen:
   Quibus vitiis libertas Graecorum corruerit?
3. In der Mathematik:
   a) Es hat Jemand 10,000 Mk. zu 5% auf Zinseszins verborgt: nach wie vielen Jahren wird das Capital zu 40,000 Mk. angewachsen sein, wenn eine jährliche Zinszahlung von 500 Mk. gemacht wird?
   b) Von einem rechtwinkligen △ ist die Summe der beiden Katheten = 221 M.; die Summe vom Radius des umschriebenen Kreises und Höhe zur Hypotenuse = $144\frac{1}{2}$ M. gegeben: die Seiten zu berechnen.
   c) Von einem geraden Kegel ist der Mantel = a, und der Neigungswinkel der Seite gegen die Grundfläche = i gegeben: das Volumen zu berechnen.
   d) Von einem △ ist eine Seite = a, das Verhältnisz der beiden anderen Seiten = m : n und das Verhältnisz der Halbirungslinie des Gegenwinkels der gegebenen Seite zur Höhe dieser Seite = p : q gegeben: das △ zu zeichnen.

E. Frequenz des Gymnasiums.

Sommer-Semester.

Prima	41	Schüler.
Secunda	47	„
Ober-Tertia	36	„
Unter-Tertia	33	„
Quarta	33	„
Quinta	24	„
Sexta	29	„
Summa	243	Schüler.
Vorschule	22	„

Winter-Semester.

Prima	40	Schüler.
Secunda	48	„
Ober-Tertia	30	„
Unter-Tertia	36	„
Quarta	34	„
Quinta	27	„
Sexta	33	„
Summa	248	Schüler.
Vorschule	21	„

F. Oeffentliche Prüfung.

Am Montag, den 19. März, Vormittags von 9 Uhr an.

Prima:	Sophocles, der Director.
	Logik, Prof. Dr. Riemann.
Secunda:	Geschichte, Prof. Dr. Riemann.
	Mathematik, Dietrich.
Ober-Tertia:	Griechisch, Dr. Günther.
	Geographie, Koennecke.
Unter-Tertia:	Lateinisch, Dr. Domke.
	Geschichte, Koennecke.

Nachmittag von 2 Uhr an.

Quarta:	Lateinisch, Dr. Fahland.
	Geschichte, Dr. Schmidt.
Quinta:	Lateinisch, Duncker.
	Rechnen, Todt.
Sexta:	Latein, Todt.
	Geographie, Dr. Schmidt.
Vorschule:	Deutsch, Beister.

Die Schule wird am 24. März geschlossen.

Der neue Cursus beginnt Montag, den 9. April, um 8 Uhr. Zur Prüfung bin ich am Sonnabend der letzten Ferienwoche bereit.

Dr. Campe.



